St Dr.

30740

I

Iurisprudentia

Górski Iacobi: Quaestio de precio in contractu emptionis et venditionis

fragm.

~~2400 Franco.~~

QVÆSTIO

De Precio

IN CONTRACTV EMPTIONIS & VENDITIONIS:

Quam

Præsidente Clarissimo Domino

JOANNE CROSNERO, PHILOsophiæ & I. V. D. Justinianeo Professore.

M. IACOBVS GORSKI, CONTVBERNII Iurisperitorum Senior ad Disputandum proponet.

In Collegio DD. Iurisperitorum Die 25 Iunij. Hora 6 in medio Hor:

Anno Domini M. DC. XXIV.

CRACOVIÆ,

Ex Officina Typographica Francisci Cesarij.



Squammiger Hesperidum circum aurea mala Cerastes
    Insomis, cura peruigili accubuit.
Symbola magna tibi, hæc sunt Præclarissime Præsul?
    Dignior ad sulcos est vigil iste Draco.
Reptilium procul à cæno vulgique profani,
    Colluuie, cælos arduus ecce petit.
Te pastore feri submittunt colla Dracones
    Carniuoros poterit quis metuisse lupos?

M. Iacobus Vitellius.

Perilluſtri & Reuerendiſſimo Domino,

D. IOANNI TRACHGNINSKI DEI & APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA EPISCOPO ENnenſi, Suffragan: & Archidiac. Poſnanienſi, eiuſdem Epiſcopat: Adminiſtratori digniſsimo, &c. &c.

Domino, D. & Fautori Ampliſſimo.

M. IACOBVS GORSKI, Salutem & fælicitatem.

VNIVERSITATIS lege ſancitum eſt, Reuerendiſſime Præſul, vt qui ſtudium atque operam alicui facultati velit accommodare, nonniſi præuiâ velitatione id faciat. Ab hoc inſtituto, ne mihi ad Sacroſanctam Canonum Facultatem, conſenſu & approbatione Academicâ properanti, deuiare contingat: induxi in animum, Contractum Venditionis, vt multis tricis circumſeptum, ita non minus neceſſarium, diſputatione publicâ examinare. Quia verò ſacrarum LL. authoritate & præſidiis nondum confirmatus, in publicum prodire paueo, ſub cuius patrocinio & protectione in caſtris Mineruæ, vbi non armis, ſed legibus, non gladiis, ſed rationibus pugnandum, ſiſtere me debeam, ambigo. Recordatio tandem Tuorum beneficiorum me non inuitum traxit; vt Tuum ſatis ampliſsimum nomen ad frontem diſputationis collocare, & ab eo dignitatis iubar ceu à Sole quodam mutuare audeã; Beneficentiæ Veſtræ illuſtria argumenta, toto triennio ita in me abundè expertus ſũ

vt

Reuerendissimæ D. Vestræ sim obstrictus memoriâ beneficiorum sempiternâ. Intellectum hoc ipsum cum in multis aliis tum in Collegio Lubransciano ornando, amplificando, & ad spledorem suum restituendo; quam inclinatissima voluntate in Academicas literas sit Perillustris ac Reuerendissima Vestra Dominatio. Namq; illud Gymnasium, quod sanctissimæ recordationis Præsules Lubransciy, Rozdrazouij, inter maxima suæ Cathedræ ornamenta, quasi vnicum esse voluerunt, Perillustris Vestra Dominatio cum Illustri Prælatorum, totiusque Amplissimi Capituli ordine conseruat & tuetur. Ad illa igitur beneficentiæ mihi â Perillustri & Reuerendissima Dominatione Vestra argumēta patefacta, cumulus iste accedat, vtq; hilari fronte has lucubrationis meæ in legibus primitias recipiat, obsecro. non quia meæ sunt, cui satis ingenium exile, sed quia prompto animo oblatæ, in sinu Acadimico natæ, ac in medio eius Facultatis quam præ cæteris Reuerendissima Dominatio Vestra adamauit nutritæ. Deum veneror; vt Reuerendissimam Dominationem Vestram, Ecclesiæ, Reipublicæ. Academiæ, diu multumq; incolumem seruet. Datum Cracouiæ è. Contubernio Iurisperitorum 19 Iunij. Aano Domini, M. DC. XXIV.

QVÆSTIO